

TABULA PASCHALIS

Anno Domini 1678.

Ex cero paschali cathedr. ecclesiae Rotomagensis.

Annus ab Origine mundi 5678.
 Annus ab universalis Diluvio 4033.
 Annus ab Incarnatione Domini 1678.
Annus a Passione ejusdem 1645.
 Annus a Nativitate B. Mariæ 1692.
 Annus ab Assumptione ejusdem 1628.
 Annus Indictionis 1.
 Annus Cycli Solaris 7.
 Annus Cycli Lunaris 7.
 Annus præsens a Pascha precedente usque ad Pascha sequens est communis abund.
Epacta 7.
 Aureus Numerus 7.
 Littera Dominicalis B.
 Littera Martyrologii g.
 Terminus Paschæ 17 April.
 Dies Paschæ 10 April.
 Luna ipsius 5. April.
 Annotinum Paschale 18 April.
 Dies Rogationum 16 Maii.
 Dies Ascensionis 19 Maii.
199 Dies Pentecostes 29 Maii.
 Dies Eucharistia 9 Iulii.
 Dominicæ a Pentecoste usque ad Adventum 25.
 Dominicæ prima Adventus 27 Nov.
 Littera Dominicalis anni sequentis A.
 Annus sequens est 1679 communis ord.
 Littera martyrologii anni sequentis t.
 Dominicæ a nativitate Domini usque ad Septuagesimam anni sequentis 4.
 Terminus Septuagesimæ anni sequentis 11 Febr.
 Dominicæ Septuagesimæ anni sequentis 29 Januar.

A Dominica i Quadragesimæ anni sequentis 19 Febr.
 Dies Paschæ anni sequentis 2 April.
 Annus ab institutione sancti Melloni 1419.
 Annus a transitu ejusdem 1368.
 Annus ab institutione sancti Romani 1032.
 Annus a transitu ejusdem 989.
 Annus ab institutione sancti Audoeni 1046.
 Annus a transitu ejusdem 1033.
 Annus a dedicatione hujus ecclesiæ metropolitanae 614.
 Annus ab institutione Rollonis primi ducis Normanniae 766.
 Annus a transitu ejusdem, 760.
 Annus a coronatione Guillelmi primi ducis **200** Normanniae in regno Angliae 604.
 Annus ab obitu ejusdem 590.
 Annus a reductione ducatus Normanniae ad Philipum II Franciæ regem 474.
 Annus ab alia reductione ducatus Normanniae ad Caroluin VII Franciæ regem 228.
B Annus pontificatus SS. patris et DD. Innocentii pape XI 2.
 Annus ab institutione R. patris et DD. Francisci IV archiepiscopi Rotomagensis et Normanniae pri-matis 7.
 Annus a nativitate Christianissimi principis Ludovici XIV, Franciæ et Navarre regis, 40.
 Annus regni ipsius 35.
 Consecratus est iste cereus in honore Agni immaculati, et in honore gloriosæ Virginis ejus genitricis Mariæ.

FRAGMENTA

*Ex Ordinario ms. cathedralis ecclesiae Rotomagensis.**Sequentes ceremoniæ non observantur in eadem ecclesia.*

(In Nativitate Domini, in fine i nocturni.)
 Omnes de secunda sede in superliciis in modum coronæ cantent prosam. Cantor cum cappa sua nigrâ stans ante **201** formam chori incipiat *Felix Maria.*

Post nonum responsorium.

Omnes de majori sede in superliciis, excepto decano, in modum coronæ cantent prosam, et incipiatur a cantore *Quem aetheria et terra.*

De anno anno Pascha.

Officium de annotino Pascha non potest fieri, nisi evenerit post octavam Paschæ. Ordo in annotino Pascha, festum de tertio responsorio duplice. Ad Vespertas antiphonæ de majori sede et cum uocâ. Antiphona, *Alleluia*, psalmi de die.

C Residuum officii sere concordat cum officio Dominicæ in Albis.

In festo sanctæ Trinitatis.

Nota quod ad ii, v et viii lectiones majus alta re, sepulcrum regum incensurum, et archiepiscopum et decanum, si præsentes fuerint, a duobus sacerdotibus canoniciis in cappis, et posteas chorus a duobus pueris. Et sic fiat in omnibus festis triplicibus.

*In festo corporis Christi, ad i Vesperas.**Magnificat cantetur de sexto et quinto tonis.*

In Purificatione B. Mariæ, ad i Vesperas.
 Memoria S. Severi fiat ob reverentiam corporis ejus quod in ecclesia Rotamagensi requiescit.

*Ad missam.***202** Sequatur missa, novem cappæ in choro.

In diebus Paschæ, Pentecostes, Assumptionis, Dedicationis ecclesiarum, et S. Romani, ad missam.

Omnes cappæ in choro, novem sint in linea [al., in medio.]

In Assumptione B. Mariæ, ad i. Vespertas.

Antiphona cum trina repetitione *Ascendit Christus, et cantetur a dextro choro usque Et hoc est illa; et post cantetur a sinistro choro usque In qua*

A gloria, demum a dextro choro cantetur usque Quo pia, et finiatur a sinistro choro. Psal. *Magnificat* cantetur de sexto et quinto tonis; et post ultimum versum incipiatur antiphona *Ascendit, a sinistro choro, et dividatur in quatuor partes, ut supra notatur; et post Gloria Patri cantetur a toto choro insimul, et dum incipitur *Magnificat* incensetur iugus altare.*

OFFICIUM INFANTUM.

In festo sancti Joannis evangelistæ, post secundas vespertas.

(*Ex ordin. ms. Bigot.*)

Hoc finito, duo pueri tunicis et amictis iuncti, tenuentes candelabra cum cereis ardentibus, et omnes pueri ecclesie **203** in cappis tenentes cercos ardentes cum suo episcopo exant de vestiario bini et bini, cantantes *Centum quadraginta*, et processione ordinata veniant per chorum et eant ad Altare Innocentium, et ibi stationem faciant, et finiatur ibi, et tres pueri cantent *Hi empti sunt*. Quo finito, sequatur antiphona *Innocentes*. Tres pueri *Letamini*. Episcopus *Oremus*. *Deus, cuius hodierna die*. In reditu antiphona vel responsorium de sancta Maria ad placitum, duo pueri cantent *Post partum*, episcopus *Oremus*. *Deus, qui salutis*. Pueri dicant *Benedicamus*. Sequatur benedictio episcopi, et dicat unus puer alta voce *Humilite ros ad benedictionem*, et alii respondeant *Dio gratias*. Benedictio: *Dominus omnipotens benedic vos*, etc. In crastino est festum duplex, [(42) sed pueri voluntate faciunt illud triplex.] Invitatòrium dominus episcopus, cum eo duo pueri *Venite, adoremus*, psal. *Venite*, etc., dominus episcopus legat nonam lectionem exposit. *Angelus Domini apparuit*. Dum nona lectio legetur per agant pueri ad vestiarum; quae finita, exant bini et bini cum cereis ardentibus cantantes responsoriū *Centum quadraginta*. Tres pueri cantent versum et prosam, et ante altare in modum corona illud finiant; quo finito **204** incipiat psalmus *Te Deum laudamus*, quo finito incipiuntur ibi matutinae *Laudes*, et recitant ad chorum, et ibi in medio chori finiuntur Matutinae. Antiphona in Laudibus *Herodes iratus*, psal. *Dominus regnabit*. Ant. *A bimau et infra*, psal. *Jubilate*, Ant. *Vox in Ruma*, psal. *Deus, Deus*. Ant. *Sub throno*, psal. *Benedicite*. Tres pueri incipiunt in pulpito antiphonam *Laudes reddant pueri*, psal. *Laudate Dominum*. Ant. *Laudes reddant*; *Hi laude eum*. Ant. *Laudes reddant*; et sic chorus psalmum finiat; pueri ad

B unumquemque versum dicant *Laudes reddant*, etc. *Benedicamus* ad placitum puerorum. Sequitur processio ad altare Innocentium cantando *¶ Dignus a dignis cum versu et regressu; versus ad placitum*. *Oratio, Deus qui licet*. In reditu de S. Maria antiphona vel responsorium ad placitum, ut prenotatur *¶ Post partum*. *Oremus*. *Deus qui salutis*, etc. Qua finita pueri cum suo episcopo ante maius altare eant cantantes, ut supra notatur in die S. Stephani. Post primam benedictio episcopi, ut supra..... Si Dominica fuerit sequatur aquæ benedictio, et post Tertiā aspergatur, et post sequatur processio, et sit de nativitate secundum suum ordinem, et pueri in cappis sint in superiori parte, ut supra notatur in die S. Stephani. **205** Ad missam Officium. Omnes pueri in cappis in medio chori regant chorum; episcopus incipiat *Ex ore infantum*. Psal. *Domine, Dominus noster. Kyrie, eleison* et *Gloria festive*. *Oratio. Deus, cuius hodierna*. Epistola in cantu cum prosa, ut supra. *Vidi supra montem*. Graduale, pueri, ut prenotatur: *Anima nostra*, *¶ Laqueus*. Episcopus, cum eo omnes pueri in modum coronæ *Alleluia, Hi sunt qui cum*. Sequentiam episcopus incipiat *Celsa pueri*. Evangelium in cantu *Angelus Domini apparuit*. *Credo*. Offertorium: *Anima nostra*, quod incipiatur ab episcopo, etc. *Omnia*, ut supra. Deinde offerant omnes qui voluerint, ut supra notatur. Ad Vesperas duo de prima sede regant chorum, antiphona de prima sede incipiuntur, et cum nemina finiantur. Ant. *Tecum principium*, psal. *Dixit Dominus*, etc. Capitulum: *Hi empti sunt*. Dominus episcopus, cum eo duo tunicati *¶ Justi in perpetuum.....* Ant. *O quam gloriosum est*, psal. *Magnificat*; et tandem cantetur *Depositum potentes*, quod baculus accipiat (ab eo) qui accipere voluerit; Vesperæ finiuntur a dietario, etc.

(42) Ms. cathedralis ecclesiarum addit.

OFFICIUM STELLÆ, SEU TRIUM REGUM.

(*Ex ordinario et libro offic. mss. bibliothecæ Bigotianæ.*)

206 Officium trium regum secundum usum ecclesie Rotomagensis. Die Epiphaniæ, Tertia cantata, tres de majori sede more regum induit [al., cappis et coronis ornatis], et debent esse scripti in tabula, ex tribus partibus ante altare convenienter cum suis famulis portantibus regum oblationes induit tunicis et

D amictis, et debent esse de secunda sede scripti in tabula ad placitum scriptoris. Ex tribus regibus medius ab [al., primus stans retro altare, quasi ab] oriente veniens, stellam cum baculo ostendens, dicat aste: